SALMI E PRECI

DA CANTARSI

LA DOMENICA IN ALBIS

DELL' ANNO 1863

IN OCCASIONE DELLA SOLENNE PROCESSIONE

CHE SI FA PER LA CITTÀ DI SIENA

COL MIRACOLOSO SIMULACRO

DELLA SANTA BAMBINA

CHE SOTTO IL TITOLO

DELLA NATIVITÀ DI MARIA SS.

Venerasi nella Chiesa dei MM. RR. Padri del Monastero di Monte Oliveto Maggiore, unitamente a parte del Velo della B. V. M. della Nob. Contrada del Nicchio, di S. Gio. Battista della Contrada della Pantera, dei Ss. Apostoli Pietro e Paolo di pia persona, di S. Filippo Neri C. della Nob. Contrada dell' Aquila, di S. Anna della Chiesa della Contrada della Torre, di S. Caterina da Siena V. della Nob. Contrada dell' Oca, del B. Bernardo Tolomei Abb. della Chiesa Parrocchiale di S. Cristoforo M. e di S. Colomba della Chiesa Parrocchiale dei Ss. Apostoli Pietro e Paolo a S. Colomba.

SIENA 1863. — TIP. E LIT. DI A. MOSCHINI

I Cantori delle Compagn..., tori della Porta di Chiesa intuonino l' Inno Ave Maris Stella ec.

Prima che il Clero parta, il Celebrante stando in piedi incensi l' Immagine di Maria Santissima, *e dipoi genuflessi avanti la medesima cantino il seguente*

INNO

Ave Maris Stella,
Dei Mater alma,
Atque semper Virgo,
Felix Cœli porta.

Interposta poca pausa sia sempre continuato il canto.

Sumens illud Ave,
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Hevæ nomen.
Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

Monstra te esse Matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit esse tuus.
Virgo singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos,
Mites fac et castos.
Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Ut videntes Jesum,
Semper collætemur.
Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spiritui Sancto,
Tribus honor unus. Amen.

Intuonino solennemente i Cantori

Magnificat, * anima mea Dominum.

Rispondano gli altri dopo ogni versetto

Sancta Maria Advocata nostra * Intercede pro nobis.

Et exultavit spiritus meus, * in Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, * ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna, qui potens est, * et sanctum nomen ejus.

Et misericordia ejus a progenie in progenies, * timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo, * dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede, * et exaltavit humiles.

Esurientes implevit bonis, * et divites dimisit inanes.

Suscepit Israel puerum suum, * recordatus misericordiæ suæ.

Sicut locutus est ad patres nostros, * Abraham et semini ejus in sæcula.

Gloria Patri etc.

Ad Dominum cum tribularer clamavi, * et exaudivit me.

Domine libera animam meam a labiis iniquis, * et a lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi, * ad linguam dolosam.

Sagittæ potentis acutæ, * cum carbonibus desolatoriis.
Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitantibus Cedar, * multum incola fuit anima mea.
Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus, * cum loquebar illis, impugnabant me gratis.
Gloria Patri etc.

Retribue servo tuo, vivifica me, * et custodiam sermones tuos.
Revela oculos meos, * et considerabo mirabilia de lege tua.
Incola ego sum in terra, * non ascondas a me mandata tua.
Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas, * in omni tempore.
Increpasti superbos, * maledicti, qui declinant a mandatis tuis.
Aufer a me opprobrium, et contemptum * quia testimonia tua exquisivi.
Etenim sederunt principes, et adversum me loquebantur, * servus autem tuus exercebatur in justificationibus tuis.

Nam et testimonia tua meditatio mea est, * et consilium meum justificationes tuæ.

Adhæsit pavimento anima mea, * vivifica me secundum verbum tuum.

Vias meas enuntiavi, et exaudisti me, * doce me justificationes tuas.

Viam justificationum tuarum instrue me, * et exercebor in mirabilibus tuis.

Dormitavit anima mea præ tædio, * confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitatis amove a me, * et de lege tua miserere mei.

Viam veritatis elegi, * judicia tua non sum oblitus.

Adhæsi testimoniis tuis Domine, * noli me confundere.

Viam mandatorum tuorum cucurri, * cum dilatasti cor meum. Gloria Patri etc.

In convertendo Dominus captivitatem Sion * facti sumus sicut consolati.

Tunc repletum est gaudio os nostrum, * et lingua nostra exultatione;

Tunc dicent inter Gentes, * magnificavit Dominus facere cum eis.

Magnificavit Dominus facere nobiscum * facti sumus lætantes.
Converte Domine captivitatem nostram, * sicut torrens in Austro.
Qui seminant in lacrymis, * in exultatione metent.
Euntes ibant et flebant, * mittentes semina sua.
Venientes autem venient cum exultatione, * portantes manipulos suos.
Gloria Patri etc.

Ad te levavi oculos meos, * qui habitas in cœlis.
Ecce sicut oculi servorum: * in manibus dominorum suorum.
Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: * ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.
Miserere nostri, Domine, miserere nostri: * quia multum repleti sumus despectione.
Quia multum repleta est anima nostra: * opprobrium abundantibus, et despectio superbis.
Gloria Patri etc.

INNO AMBROSIANO

Procurino i Cantori delle Compagnie di terminarlo prima di rientrare in Chiesa.

Te Deum laudamus: te Dominum confitemur.
Te æternum Patrem: omnis terra veneratur.
Tibi omnes Angeli: tibi Cœli et universæ potestas.
Tibi Cherubim, et Seraphim: inccssabili voce proclamant.
Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt Cœli, et terra: majestatis gloriæ tuæ.
Te gloriosus Apostolorum Chorus.
Te Prophetarum laudabilis numerus.
Te Martyrum candidatus: laudat exercitus.
Te per orbem terrarum Sancta confitetur Ecclesia.
Patrem immensæ majestatis.
Venerandum tuum verum: et unicum Filium.
Sanctum quoque Paraclitum Spiritum.
Tu Rex gloriæ Christe.
Tu Patris sempiternus es Filius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem: non horruisti Virginis uterum.

Tu devicto mortis aculeo: aperuisti credentibus regna Cœlorum.

Tu ad dexteram Dei sedes: in gloria Patris.

Judex crederis esse venturus.

Al seguente ℣. essendo fuori di Chiesa, ognuno chini la testa.

Te ergo quæsumus, tuis famulis subveni: quos pretioso Sanguine redemisti.

Æterna fac cum Sanctis tuis; in gloria numerari.

Salvum fac populum tuum, Domine: et benedic hæreditati tuæ.

Et rege eos: et extolle illos usque in æternum.

Per singulos dies, benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in sæculum: et in sæculum sæculi.

Dignare, Domine die isto: sine peccato nos custodire.

Miserere nostri, Domine: miserere nostri.

Fiat misericordia tua, Domine, super nos, quemadmodum speravimus in te.

In te, Domine, speravi, non confundar in æternum.

Ritornata la Processione, avanti l' Immagine di MARIA SS. *si canti dal Clero la* Regina Cœli, *e quindi i seguenti* Versetti.

℣. Nativitas recolitur sanctæ Mariæ virginis, Alleluja.

℟. Cujus vita inclyta cunctas illustrat Ecclesias, Alleluja.

℣. Benedicamus Patrem et Filium cum Sancto Spiritu, Alleluja.

℟. Laudemus et superexaltemus eum in sæcula, Alleluja.

℣. Orate pro nobis Sancti et Sanctæ Dei, Alleluja.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi, Alleluja.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS

Famulis tuis, quæsumus Domine, cœlestis gratiæ munus impertire: ut quibus beatæ Virginis partus extitit salutis exordium, Nativitatis ejus votiva commemoratio, pacis tribuat incrementum.

Deus, cujus misericôrdiæ non est númerus, et bonitatis infinítus est thesaurus, piissimæ Majestati tuæ pro collatis donis gratias agimus tuam semper clementiam exorantes; ut qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens ad præmia futura disponas.

Sancti Joànnis Baptìstæ, præcursòris et màrtyris tui, quæsumus Dòmine, veneranda commemoràtio, salutaris auxilii nobis præstet effèctum.

Deus, cujus dèxtera beàtum Petrum ambulàntem in flùctibus ne mergerètur, erèxit, et coapòstolum ejus Paulum tèrtio naufragàntem de profùndo pèlagi liberàvit; exàudi nos propìtius, et concède; ut ambòrum mèritis æternitàtis glòriam consequàmur.

Deus, qui beàtum Philippum Confessòrem tuum Sanctòrum tuòrum glòria sublimàsti; concède propìtius; ut cujus commemoratiòne lætàmur, ejus virtùtum proficiàmus exèmplo.

Deus, qui beatæ Annæ gratiam conferre dignàtus es, ut Genitricis Unigeniti filii tui Mater effici mererètur, concede propitius, ut cujus commemorationem colimus, ejus apud Te patrociniis adjuvemur.

Deus, qui beátæ Catharìnæ, virginitàtis et patièntiæ speciàli privilegio decoràtæ, malignàntium spirìtuum certàmina vìncere, et in amòre tui nòminis inconcùsse permanère trìbuisti: concède quæsumus; ut ejus imitatiòne, calcàta mundi nequìtia, et òmnium hòstium superàtis insìdiis, ad tuam secùre glòriam transeàmus·

Deus, qui beàtum Bernàrdum Abbàtem a sæculi pompa ad amòrem solitùdinis evocàtum, in miseranda pòpuli contagiòne, charitàtis vìctimam effecìsti: quæsumus, ut, per ejus vestìgia gradièntes, ejùsdem charitàtis et glòriæ tribuas esse consòrtes.

Afflictiònem pòpuli tui, quæsumus Dòmine, intènde placatus: ut, indúlta vènia peccatòrum intercedènte beata Colùmba vìrgine et màrtyre tua de tuis semper beneficiis glorièmur. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Dipoi il Celebrante incensi l'Immagine di Maria SS. *ed i Cantori intuonino il seguente*

INNO

Maria Mater gratiæ,
Mater misericordiæ,
Tu nos ab hoste protege,
Et mortis hora suscipe.
Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et almo Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.

Il Diacono dica solennemente

℣. Jube domne benedicere.

Il Celebrante toccando la macchina dica:

℟. Nos cum prole pia, benedicat Virgo Maria.

Il Popolo ℟. Amen.

PRECI

da dirsi dopo le Litanie della Beata Vergine Maria nelle sere tra l' Ottava.

ANTIFONA

Sub tuum præsidium confugimus Sancta Dei Genitrix: nostras deprecationes ne despi-

cias in necessitatibus: sed a periculis cunctis libera nos semper Virgo gloriosa et benedicta.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit coelum et terram.

℣. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

℟. Et salutare tuum da nobis.

℣. Esto nobis Domine turris fortitudinis.

℟. A facie inimici.

℣. Mitte nobis Domine auxilium de Sancto.

℟. Et de Sion tuere nos.

℣. Domine non secundum peccata nostra facias nobis.

℟. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Il Celebrante stando dica

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS

Deus, qui Angelorum munitionibus sanctam Jerusalem visitas et propitius protegis, in qua fidelium animæ requiescunt: respice pro-

pitius omnipotens et misericors Deus super hanc Civitatem tuam, in qua fidelis populus commoratur. Non irruat in eam fames, nec pestis, nec gladius, nec ulla calamitas inimicorum sævientium, non accedat ei mors amarissima. Repelle Domine a famulis, et famulabus tuis omnem pestiferum languorem et omnem infirmitatem, seu hosticam rabiem. Extende potentissimam dexteram tuam Deus super hanc Civitatem quæ sub sanctissimæ matris tuæ virginis gloriosissimæ Mariæ clypeo se tuetur, et reple eam abundantia, et misericordia, et justitia, et veritate, et aeris serenitate: et sit in ea pax et charitas sempiterna. Visita eam Domine præsenti tempore, nec unquam deseras eam; constitue eam firmissimam in sempiternum, Rex regum Domine Deus.

Quindi aggiungerà le altre Orazioni cominciando dalla Orazione Fàmulis tuis, *a pag. 11. sino alla fine, omettendo soltanto l'Orazione* Deus, cujus misericordiæ.